



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 10. An licet exigere juramentum ab eo, qui prævidetur pejeraturus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

Q. 10. An licet exigere juramentum ab eo, qui prævidetur pejeratus?

Resp. Non licet personæ privatæ , etiam
in iudicio. *Ita S. Thom. q. 98. a. 4. San-*
chez, Reginal. Vasquez, Suarez., hanc vo-
cans communem Doctrinam , &c. Prob.
1. ex S August, Serm. 28. de verbis Apost.
Si scit , & cogit jurare , homicidæ est ; ille
enim suo perjurio se perimit : sed iste ma-
num interficientis & expressit, & pressit.
2. Cùm tunc nulla sit utilitas exigentis, me-
ritò censetur consentire perjurio , & illius
occasionem offerre. 3. Tenemur ex cha-
ritate impedire peccatum proximi , saltem
cùm facile possumus. Sed tunc facile po-
test impediri perjurium , cùm nulla sit utili-
tas exigendi à tali juramentum. Nec quis
habet jus illud exigendi , nisi quatenus ad
debitum recuperandum conducit : sed ad
hoc non conducit , cùm alter prævidetur
pejeratus. Hoc procedit, etiamsi alter
sponte se offerat: quia tunc exigens tribue-
ret illi occasionem perjurii exequendi , &
consentiret executioni pravæ voluntati.

Id tamen licet judici ad instantiam partis: quia id exigit juris ordo, & officium judicis, qui debet procedere secundum publicam scientiam, ad quam hoc jumentum inservit. Quo casu non iudex.

Qq 3 sed

sed is , cui jus dicere debet , censetur juramentum exigere. Ita S. Thom. *suprà*.

Dices. Licet interdum exigere juramentum ab eo , qui prævidetur juratus per falsos Deos , ut docet S. August. in c. *Movet.* 22 q. 1. ergo à pari, &c.

Resp. Disparitas est , quod juramentum quamvis per falsos Deos valeat ex parte jurantis ad faciendam fidem, & firmandum pactum ; ac proinde potest esse medium utile ad avertendum grave damnum petentis. Licet autem ex gravi necessitate ab aliquo petere id , quod potest licet præstare , et si prævideatur peccatus . At perjurium cognitum non potest prodesse privato , ideoque non est justa causa illud non impediendi.

Sed quid, si dubites, an alter sit peccatus?

Resp. Tunc potes exigere juramentum in re gravi : quia in dubio nemo præsumitur malus , aut peccatus ; & hoc potest esse utile ad recuperandum id , quod tibi debetur , nec aliter potes illud recuperare.

Q. II. Quid dicendum de consuetudine jurandi?

Resp. Quisque tenetur sub mortali consuetudinem jurandi sine necessitate vitare , &